



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

II. sed Ebraicae linguae parum consultus, Samaritanae vero penitus  
ignarus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

*ειλαπήρας* Id facile ex nostris apparebit Observationibus, in quibus loca Patrum consimilia, A & ab Origenianis profecta per *ελαπηράς* indicamus. Nec ullum vero ad exquisitam divisionem Voluminum comparandam notitiam subsidium neglexit: cum vulgata quippe apud Alexandrinos Septuaginta Senum interpretatione alias magnis à se sumtibus redemptas contulit, Aquila, Theodotionis, & Symmachi; ac Quintam item, & Sextam in lucem à se primo editas; easque ad Ebraicas accommodavit exemplaria, unde Tetrapla, Hexapla, & Octapla extiterunt.

II. Quod si plus sese in Ebraicis exercuisset, majoremque lingua hujus fuisset peritiam consecutus, nihil ei ad perfectam sacræ Legis cognitionem defuisset, sed tantum decerpit ex ea gloria, quantum ex loquela hujus studio detraxit. Dicam enim vere: vel Ebraicimi parum scientes sunt, vel in lectione Origenianorum operum perfunctione versati, qui B

*Hieronym. Ep. 25. ad Paulam.* eximium quid ipsi vel in sancta lingua, vel in earum quæ ex hoc fonte profectæ sunt dialectorum peritia tribuerunt. Nec opinioni nostra contradicit Hieronymus, et si videatur contradicere, cum ait singularem loquela hujus notitiam demitam in eo fuisse totam Graciæ: mirum id quippe videri potuit Græcis Ebraismi rudibus & imperitis, nec quantum in eo proficeret Origenes existimat scientibus. Minime vero suam ipse lingua hujus ignorantem dissimulat. Homil. 14. in Num. *Aiunt ergo, inquit, qui Hebraicas literas legunt, in hoc loco, Deus, non sub signo tetragrammati esse positum: de quo qui potest requirat.* Multa in Observationibus nostris animadvertisimus, quæ inscitiam ejus in Ebraicis demonstrant; cujusmodi est frivola illa distinctione, *ετοι μεταξιν ετοι συντομως*, quam communiscurt ad Matth. 18.18. & ad quam Christum respexisse tradit; quasi hanc distinctionem ferat Syriaca dialectus, C quam Christus usurpabat: cujusmodi est fallax illa nominis *Αέρι* interpretatio, quæ habetur in Comment. ad Matth. 18.19. quasi derivetur à τῷ *ερύθρῳ*, *τιγρί*, cum fiat ab τῷ *τιγρί*. Quamquam auctoritate Senum Septuaginta excusari id potest, qui τὸ aliquando ita redidierunt, quasi idem esset ac τῷ. Ut Psalm. 104. (Ebr. 105.) 22. pro Ebraeo ρώσοι habent, *τοι παρέδω τοι αἴρομεν* i.e. Vulgata: *ut eruditus principes ejus.* Et Of. 10. 10. *εποιει*. LXX. *τριπλῶς τοι οὐτεινειν* Vulgata: *corripit eos:* cujusmodi est depravata illa lectio loci Inter- *Origen. in Matib. 19. 12.* pretum LXX. 2 Efr. 1.11. *λινός τοι Καστλεῖ*, quod si in Ebraicis utcunque fuisset versatus, que habent קָרְבָּלָה emendasset utique in τοῖς δι. οἰνοῖς τοι Καστλεῖ, si modo hunc ipse errorum non inventit, qui certe in LXX Seniorum exemplaribus nuspiam extat: cujusmodi est incepta illa expeditio vocabuli, *Iohannes*, quod formari existimat à nomine Ἰωάννη D præfixo, & i.m., cum ex solo τοῦ præfixis servilibus literis derivatum sit. Plerumque itidem peccat in perfrutandis nominum Ebraicorum originibus. Proclive id nempe fuit viro ad mutuatinam lucem vestigia sua in locis ignotis regenti: præstabat autem lucem Iudeus Philo, qui Ebraica Veteris Testamenti nomina peculiari libro fuerat interpretatus; cui libro parem subiunxit Origenes, Ebraicorum Novi Testamenti expositionem complexum. Qui vero non offendisset Origenes Philonem sequens ducet, qui Iudeus licet, Iudeus prognatus, ne mediocri quidem literarum Ebraicarum aura, uti neque Hellenistæ fere reliqui, fuerat afflatus? Id si minus in hominibus Alexandria natis & eductis novum est, quorum naturæ repugnare scribit Hieronymus, Ebraicam linguam addiscere, pro more Græcorum omnium, qui linguarum exoticarum studium alpennari consueverunt; at in Iosepho illo E Ebraeo Mattathias filio plane mirum videri debet; facile quippe ex ejus scriptis comprehendere licet, ad magnam illam & singularem Iudaicarum originum cognitionem non parrem ipsum patria loquela peritiam contulisse; quamvis se nonnulla Ebraice scripsisse dicat, quæ lapsi temporum intercederunt.

Qui Iudaicis potro literis tam leviter tinctus fuit Origenes, hunc Samaritani idiomatis fuisse callentissimum affirmare quidam non verentur. Abunde refelluntur illi ex his Origenis verbis as illud Ezechiel.9.4. *Signa Thau super frontes virorum gementium.* ιβραιοὶ Θαυ, inquit, οἱ εἰς τοὺς μετανοῦντας ἀπέσταται οὐχὶ ἐπειδὴ τὸ τοῦ τοῦ σαυτοῦ κατατίνει, οὐ περιπούλει, οὐτὶ τὸ γνωρίζει κατευθεῖται τὸ μεταπτυχιαῖς, ὅπου τοισιν οἱ περιπούλεις οὐ ποτὲ περιπούλεις φαγαντοὶ οὐκέται Λέζον οὐ αἴσιον αὐτογνωστατεροὶ Ebreus F autem quidam, ex iis qui Christi fidem amplexi sunt, dicebat in antiquis elementis simile esse Tau forma crucis, & prædicti de signa quod inter Christianos sit in fronte, quod quidem faciunt qui crediderunt omnes, quimcumque rem aggrediantur, maxime vero precies, & sanctas lectiones. Samaritarum elementa appellant *αώαλα σωσέα*, quod ijs Ebraei uterentur priscais temporibus *εργάτες μετατραπεῖται Εαβούτων*. Eorum si notitiam aliquam comparasset Origenes, Thau Samaritani formam ab Ebraeo illo accepisse se non dixisset, quam cognitam ex se habuisse & perspectam. Atque hic obiter Origenem vindicemus à censura Scaligeri, qui in Notis ad Eusebiūm præfratæ negat Thau Samariticum alia forma fuisse, quam qua hodie pingitur in libris Samaritarum; etiam contra Hieronymi auctoritatem, qui codices Samaritanos versaverat. Certum est enim non unico modo notari solitum fuisse Thau Samariticum, atque id ali-

A quando ad crucis formam esse depictum, ut fidem faciunt vetustissimi nummi Ebraeorum.

I III. Non Scripturæ interpretationes duntaxat, sed ipsos etiam Interpretes, Scriptoresque adeo Ecclesiasticos omnes accurate evolverat Adamantius, quorum patrocinium sententijs suis plerisque nominatim aificit, Clementis puta, Ignati, Iosephi Philonis & aliorum. Neque id in libris solum qui à Rufino converti sunt, reperias; hac quippe vir hujus aetatis eruditus ab Interpretate confusa existimabat; sed in Græcis etiam Tomis, vel scriptioribus ab Hieronymo latinitate donatis, præcipue vero in libris contra Celsum. Inter Ecclesiasticos scriptores, apocryphorum auctores librorum refero, quorum testimonij sepe quoque uitur; non plus tamen ijs fidei vel auctoritatis tribuens, quam quantum ex hoc Apostoli monito tribuere licet; *Omnia probate, quod bonum est tenete.*

B IV. Fuit ergo præcipua Origenis in Scripturis enodandis cõtentio, cuius disciplina causa excoluit etiam *τοιχωρία*, sed Philosophiam potissimum. Vnum autem præ reliquis Platonem admiratus est: sic ut Christiana dogmata ad Platonicæ doctrinæ leges, non ipsam Platonis doctrinam ad Christi effata accommodaret. Exemplo suo Origenem eo compulit Philo Iudeus, totus ad Platonis exemplum compositus, non Platonii nimis tribuendo duntaxat, sed Scripturam etiam allegorijs perpetuis explanando. Compulit & præceptor illius Clemens Alexandrinus, Academia pigmentis res Christianas illustrare suetus; quod & maxima pars fecit vetustiorum Patrum, sed parcus & verecundius. His itaque Platonicorum delirijs sincerum doctrinæ Christianæ vas postquam incrustavit Adamantius, ex illo doctrina ejus corrupta est, & profanis imbuta erroribus, unde infinitis jaçtatu convitijs, &

C querelis in summas incidit calamites, & landem meritis partam decoxit. Sed nec Academiarum finibus ingenium suum coercuit; universas ille Philosphorū sc̄tas animo per vagatus est. Pythagoricorum scriptis delestatum fuisse, & Stoicorum quoque adhibuisse libros sc̄tas est Porphyrius. Hinc adeo non uni alicui addictum sc̄ta, sed omnium studiorum fuisse, ex ijsque quidquid utilius esset, & vero similius decerpisse, idemque discipulis ut facerent caute præcipisse Gregorius Thaumaturgus scriptum reliquit; ut non tam Platonicus, vel Pythagoricus, quam Potamonicus dici debeat, à Potamone illo Alexandro, qui Ecclæscia sc̄ta auctor fuit. Quocirca Iustinianus in Epistola ad Menam, & in <sup>Gregor.</sup> <sub>Thaum. in</sub> altera ad Quintam Synodum, Paganorum erroribus affinem fuisse Origenem tam crebro <sup>Panz.</sup> obicit.

D V. Ad reliquas quoque disciplinas, five Mathematicas artes, five eas quæ ab humanitate nomen habent, animum appulit; sed majorem videtur ijs artibus impendisse operam, quarum erat usus vel ad Scriptura sacra illustrationem, vel ad morum emendationem, vel ad Ecclesiæ ædificationem accommodatio. Tam assidui autem & inexhausti in evoluendis voluminibus laboris fuit, ut objiciat ei Theophilus, perpetuus ipsius insector, *jaçtare se illam in scientia Scripturarum, & putare tanta legiſſe, quanta nullus hominum legerit: tanta vero Thesophil.*

E discendi cupiditate incensus, ut ad eos conveniendos, quorum esset celebre nomen in literis, multas sc̄tas regiones perlustrasse scribat libr. 6. contr. Cels. Porro Epistola quadam, quæ est apud Eusebium, excusavit nimium suum in eas doctrinas studium, quod aliquorum reprehensionibus patuerat; stolidorum quippe hominum, quantum profana: lib. <sup>Euseb. libr.</sup> <sub>3. cap. 9.</sub> tera sacræ promovendis conductum parum intelligentium. Tantam demum sibi nominis claritatem eruditione sua peperit, ut ad eum confluenter omnis generis homines, excellentem ejus eruditionem Ethnici ipsi celebrarent scriptis, suas ei consecrarent lucubrationes, disciplinarum omnium encyclopædiā animo crederetur esse complexus, & princeps inter literatos ab omnibus propemodum poneretur.

## CAPVT SECUNDVM.

## ORIGENIS DOGMATA.

## Capitis secundi Prologus, &amp; partitio.

PERVENIMVS jam ad ipsa Origenis dogmata, five quæ reprehensiones experta aliquo modo defendi possunt; five quæ sanæ Christianorum doctrinæ recipia minus consentanea omnem penitus respnuunt excusationem: nec ea modo quæ culpari vulgo solent, sed quæ nos etiam ex attenta & diligentie lucubrationum eius lectione exceptimus. Alij quidem universos Origenis errores defendere qua jure, quaq; injuria sunt aggressi; magnam hinc sibi spondentes laudem, si receptas de eo opiniones impugnare;

d. ij